

praetereunt et ob hoc quae ab hominibus fiunt breviter labuntur et recedunt a memoria, sapientum traditum est doctrina, ut ea quae ab hominibus salubriter aguntur, ne in oblivionem futurorum perveniant, perpetuationem recipiant patrocinio litterarum. Notum igitur esse volumus universis tam praesentis vitae quam futuri aevi Christi fidelibus, quibus exhibitum fuerit praesens scriptum, quod cum Jacobus Magnus civis noster in Dresden ob reverentiam omnipotentis dei et pro animae suae remedio viginti octo solidos denariorum annui census, quos a nobis in villa Holebrude^{a)} feodali tenuit titulo, ponti lapideo in Dresden dederit suorum filiorum consensu et voluntate libera accedente, nos ad honorem dei altissimi et gloriosae virginis matris suae Mariae proprietatem dicti census dictorum videlicet viginti et octo solidorum post eorundem resignationem in manus nostras per praedictum Jacobum liberaliter factam damus donamus et tribuimus dicto ponti apud eundem pontem perpetuo remanendam. Et ne super praemissis possit in posterum alicui dubietas suboriri aliqua aut praemissae donationes tam per nos quam a praedicto Jacobo irritari, praesens scriptum in earum evidens testimonium et robur perpetuum dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius sunt Henricus de Wrganewycz noster marscalcus, Henricus de Tuschewycz, Hermannus de Isenberg, Guntherus de Zlowin, Berner Theodericus et quamplures alii fide digni. Datum Dresden anno domini millesimo CCC°. IIII°. VIII°. Kalendas Junii.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem wohl erhaltenen Siegel an einem von der Urk. selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.

Neubert Vortr S. 156.

a) Golberode, Par. Leubnitz.

No. 21. 1305. 8. Febr.

Pleban Albert zu Dresden spricht seine Genehmigung dazu aus, dass die Geschwornen und die gesammten Bürger als Verwalter der Elbbrücke dem Hermann von Eisenberg, Capellan des Markgrafen Friedrich von Dresden das durch Schenkung des verstorbenen Gunther Wolf der Brücke behufs der Bestellung des Gottesdienstes in der Brückencapelle zugewendete Vorwerk in Klein-Ostra zu lebenslänglichem Besitz mit der durch den Schenker angeordneten Verpflichtung überlassen haben und bestimmt über die in der Capelle und bei dem zu Pfingsten und Johannis aufgestellten Bilde fallenden Opfergelder.

Nos Albertus plebanus in Dresden tenore praesentium recognoscimus et publice profiteamur, quod cum honorabilis et discretus felicitis memoriae dominus Guntherus Lupus pro animae suae remedio et . . allodium in minori Ostro ponti maiori in Dresden dedit apud dictum pontem perpetuo remanendum, ita tamen, quod de dicto allodio officietur capella super dictum pontem sita et constructa dedicata in honorem corporis Christi, cumque iurati et universi cives in Dresden, qui dicti pontis sunt provisores et rectores, discretionis et conversationis laudabilem¹⁾ prudentis viri domini Hermanni de Eisenbergk capellani²⁾ domini mei dilecti marchionis in Dresden attendentes eidem dictum allodium ad dies vitae suae tenendum et possidendum³⁾ assignaverunt et dimi-

1) Wahrscheinlich ist nach laudabilem ein Wort ausgefallen. 2) Hier folgt in den Drucken das sinulose: capellam. 3) Die Drucke postulandum.